Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



splendoris et gloriae qui eripunt aliis quos aliis largiantur
Viri arbitrantur se beneficios in suos amicos fieri si locu
pletent eos quatuor ratione. Id autem tantum abest officio
ut nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum
est igitur ut ea liberalitate utamur quae prosit amicis
nemini noceat. Quare L. Sillae et Cesaris pecuniarum
translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis
videri. Nihil est enim liberale quod non idem iustum
sit. Alter locus fit erat cautionis ne benignitas maior
esset quam facultates. Et qui benigniores esse volunt quam res
patitur primum in eo peccant quod sint durciores in proximos
quas enim opes his etiam suffeditari equum est et relin
qui eas transferunt ad alienos. Inest enim in tali liberali
tate cupiditas plerique rapiendi et auferendi per iniuriam
ut ad largiendum suppetant opes. Videre etiam licet
plerosque non tam natura liberales quam quadam vitia duc
tos et ut beneficii videantur facere multa quae proficisci
ab ostentatione magis quam a voluntate videant. Talis
autem simulatio iamtati est eminentior quam aut liberalita
ti aut honestati. Etenim est proprium ut in beneficentia de
lectus esset dignitatis. In quo et mores eius eximit spec
tandi in quem beneficium conferetur. Et aliis extra nos et
communitas ac societas vitae et ad vitae utilitates officia a
te collata. Tue ut concurrat omnia optabile est. Si minus
plures tamen maiores quoque ponderis habebimus plus. Nam
autem vivitur non tu perfectis hominibus plerique sapien